Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



a labio usq; ad labium rotundu
p circuitu. Cuiusq; cubitos habe
bat altitudinis: et funiculus
triginta cubitorum ambiebat
gyrum eius. Similitudo quoq;
bouis erat subter illud. Et decem
cubitis quedam circumdabant
latitudinem. qui duobus verbibus
alium maris circumdabant. Boues
autem erant similes: et ipsum mare super duodecim bo
ues impositum erat. quorum
tres respiciebant ad aquilonem
et alii tres ad occidentem. Por
ro tres alii meridiem. et tres
qui reliqui erant oriente
habentes mare suppositum po
steriora autem bouum erant in
visibilia sub mari. porro pro
funditas eius habebat mensuram palmi
et labium illius erat quasi
labium calicis vel rosarum lilii
capiebatq; circiter milia metretas.
fecit quoq; concas decem
et posuit quinq; a dextris et qui
nq; a sinistris. ut lauarent in
eis omnia que in holocaustis
oblaturi erant. porro in ma
ri sacerdotes lauabant. fecit
autem et candelabra aurea de
cem secundum speciem quam iusserat
fieri et posuit ea in templo qui
nq; a dextris et quinq; a sinistris
secundum et mensas decem et
posuit eas in templo. quinq; a
dextris et quinq; a sinistris.
fialas quoq; aureas centum.
fecit ergo atrium sacerdotum
et basilicam grandem. et os
tia in basilica que tegit ere
porro mare posuit in latere
dextro contra orientem ad
meridiem. fecit autem hiram
lebetas et creagras et fialas
et complevit omne opus regis in

domo dei. thor est columnas
duas et epistylia. et capita
et si quidem retacula. que
capita tegerent sup epistili
a. Malogranata quoq; qua
dragenta et retacula duo ita
ut bini ordines malagrana
torum singulis retaculis uege
rent. que tegerent epistili
a et capita columnarum. Ba
ses ergo fecit et concas super
basibus. mare unum
boues quoq; duodecim sub mari
et lebetas et creagras et fialas
omnia vasa fecit salomon in
hiram pater eius in domo
dni. ex ere mundissimo. In re
gione iordanis fudit ea rex in
argillosa terra inter sochot et
saredata. erat autem multitudo
vasorum innumerabilis: ita ut
ignoraretur pondus eris. fe
cit quoq; salomon omnia vasa do
mus dei: et altare aureum et
mensas. et super eas panes pro
positionis. Candelabra quoq;
cum lucernis suis ut lucerent ar
dentia iuxta ritum ex auro
purissimo. et florentia quidem
et lucernas. et forceps aureos.
omnia d' auro mundissimo
facta sunt. Thimiamaterium
quoq; et thuribula et fialas
et mortariola ex auro purissi
mo. et ostia templi aureum in
terioris id est in sancta sanctorum et
ostia templi exterioris aurea.
Sicq; completum est omne opus
quod fecit salomon in domo dni
Intulit igit salo: v
non omnia que vouerat
dauid pater suus argen
tum et aurum et vniuersa vasa
posuit in thesauris domus do
mini. Postea congregauit ma